



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

De sanctorum cultu & inuocatione Deiparæ virginis Mariæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

**DE SANCTORUM  
CVLTU, INVOCATIONE ET  
NERATIONE DEIPARAE  
VIRGINIS MARIE.**

**S**antos Dei apud antiquos Christianos in  
ma veneratione, reuerentia et auctoritate  
habitos, præter alia, qua hisce legibus adducuntur  
vel ex eo constat, quod supremorum officiorum  
functionum totius Romani Imperij administratores  
ac iudices, non solum integritatis suæ testem  
assumere, sed etiam per Deiparam virginem, et  
rosq; sanctos iurare fuerunt consueti: Idque in  
qui sequitur, modum.

IVSTIN. IMP. IN AVTH. IVSIVLTI  
quod præstatum ab his, qui administrationem  
accipiunt.

Veteres Christi-  
iani iureiu-  
rando iura-  
uerunt nõ so-  
lum per Deum  
sed etiam per  
S. Mariam &  
Sanctum Mi-  
chalem & Ga-  
brielem.

**I**VO per Deum omnipotentem, & Filium  
vni-  
genitum Dominum nostrum IESUM  
Christum, & Spiritum sanctum, & PER  
CTAM GLORIOSAM DEI GENIT-  
CEM ET SEMPER VIRGINEM  
MARIAM, & per quatuor Evangelis-  
manibus meis teneo, & PER SANCTOS  
ARCHANGELOS MICHAELEM ET  
GABRIELEM, puram conscientiam  
manumque seruitium me seruaturum  
tissimo nostro Imperatori &c. Huius  
simi iuramenti formam integram habet  
pra in capite. 1. vbi tractatur de Imperatoris  
mano.

IDEM IVST. IN L. VI. C. DE  
sanct. trinit. & fid. Cath.

Nuenumus quosdam morbo atque insania Nestoriani de-  
derentis impiorum Nestorij, & Eutichetis erectabant S.  
(Dei & sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Eccle- Mariâ virgi-  
siahostium) qui detrectabant sanctam glôri- nem esse Dei-  
sam semper virginem Mariam, Theodôcon, param.  
sive Deiparam appellare.

# DE SANCTORUM TEMPLIS.

GRATIAN. VALENT. ET THEODOS.  
Imp. in l. 2. C. de sacros. Eccles. & c.

Nemo Apostolorum, vel Martyrum sedem Ecclesiæ anti-  
humanis corporibus existimet esse con- quitus dedi-  
cessam. catæ Aposte-  
lis & Sanctis  
martyribus.

Ex hac lege manifestum est, quod etiam ante ho-  
rum Imperatorum tempora Sanctis dedicabantur  
Ecclesiæ, quæ in tali habitæ fuerunt honore, quod cæ-  
terorum hominum corpora inibi sepeliri phas non  
erat: quod etiam scribitur observatum atq. manda-  
tum fuisse ab Imperatore Carolo Magno.

Ecclesias apud primitivos Christianos non solum  
seruatori nostro Iesu Christo dedicatas, sed etiam in  
honorem Archangelorum, atq. Martyrum fuisse ex-  
tructas, eorumq. nomini nuncupatas constat ex Iusti-  
niani Imperatoris. l. 16. quæ in quibusdam Codicib.  
habetur in lib. prætermisso. classe. 1. C. de sacrosanct.  
Eccles. Quam huc vel integram, vel ex parte referre  
scum inibi etiam de extra ordinaria hereditatis ma-  
teria

teria agatur, tūm quōdā nonnihil prolixitate labor  
 superuacaneum censui. Hoc tantum Lectorum ad  
 nitum esse volui, Ecclesiarum nuncupationem  
 heretici homines nostrorum temporum usque  
 grauius ferunt, iam inde à temporibus post Ap-  
 lorum in vsu fuisse: Quodq; in hoc Idololatria, he-  
 retici obgammunt, commissā minime fuerit, ceteris  
 antiquioris quā recentioris seculi Theologi  
 perq; docuerunt, qui à Lectore, si quidem placet  
 consulendi sunt.

IVSTIN. IMP. IN AVTH. VT DE TE-  
 minat. sit numer. cleric. &c. §. sancimus  
 igitur. Coll. 1.

Ecclesia D.  
 Virgini & S.  
 Theodoro  
 constructa.

QVONIAM pridem etiam reuerēdissimorum  
 clericorum sanctissima maioris Ec-  
 clesie regie nostre ciuitatis determinandi  
 numerus, & valde breuis erat: ut potē vna  
 stente sanctissima Ecclesia: postea vero  
 nerabilis domus sancte gloriosaeque virginis  
 & Dei genitricis Mariae, iuxta sanctissimam  
 ioris Ecclesie vicinitatem posita, edificata  
 à pia memoriae Verina, & veneranda domus  
 sancti martyris Theodori, à Porcatio, glorio-  
 sa memoriae, dedicata est. Erat autem  
 venerabilis domus sanctae Helenae, quae  
 sima maiori Ecclesie copulata est.

Verina haec  
 Leonis I. Im-  
 peratoris v-  
 xor fuit.  
 Socrat. lib. 2.  
 trip. hist. ait  
 Costan. Imp.  
 duas Costan-  
 tinopoli aedi-  
 ficasse ecclesias,  
 alterā in ho-  
 norē S. Irenae,  
 alteram Apo-  
 stolorum.

IDEM IN AVTH. DE ECCLESIA-  
 rit. & priuileg. &c. §. si quis.

SI quis in nomine magni Dei & Salvatoris  
 nostri Iesu Christi hereditatem aut legatum  
 reliquerit, iubemus Ecclesiam loci illius, in qua  
 testator domicilium habuerit, accipere quae  
 dimissa.

dimissum est. Si quis autem vnum sanctorum  
 aredem scripserit, aut legatum ei reliquerit,  
 & non specialiter nominauerit locum in quo  
 est venerabilis domus, inueniantur autem in  
 eodem loco, aut ciuitate plura oratoria, eius-  
 dem sancti, illi magis domui, quæ pauperior  
 est, quod relictum est, præbeatur. Si autem non  
 est in ciuitate Basilica nominati sancti, inue-  
 niatur autem in territorio eius, illi detur. Si  
 autem neque in territorio eius reperitur huius-  
 modi domus: tunc Ecclesiæ ciuitatis, in qua te-  
 lator domicilium habuerit, quod dimissum  
 est, præbeatur.

Veteres Chri-  
 stianos in te-  
 stamento san-  
 ctos, id est, san-  
 ctorum Eccle-  
 sias hæredes  
 instituisse.

## INVOCATIO.

IUSTINIAN. IMP. IN L. I. C. DE  
 offic. præf. prætor. Afric.

Hoc deprecantes exoramus sanctæ & glo-  
 riosæ semper virginis et Dei genitricis Ma-  
 riz precibus, vt quicquid minus est reipublica  
 nostræ, per nos vltimos seruos suos restituat in  
 nomine suo Deus, & dignos nos faciat serui-  
 tium eius adimplere.

Iustinianus  
 inuocat D.  
 virginem, vt  
 eius interces-  
 sione reipub.  
 Imperioq; fe-  
 liciter præesse  
 queat.

## DE MARTYRIO SANCTORVM.

IUSTINIAN. IMP. IN D. L. I. C. DE  
 offic. præf. prætor. Afric.

Hic Iustinianus Deo optimo maximo pro recupe-  
 rata Africa (quæ ante eum à Vandalis, Arriane  
 hæresi.

li

hæresi.

hæresis corruptis, per nonagintaquinque annos, ut dicit, captiuata fuit) gratias agens, de quibusdam

Catholicorum ab hæreticis illato martyrio, sic referunt.

Miracula  
martyrum.

Vidimus venerabiles viros, qui abscisis re-  
dicitus linguis, pœnas suas mirabiliter loquu-  
bantur. Alij vero post diuersa tormenta, per  
uersas dispersi prouincias, vitam in exilio pe-  
egerunt.

Huius autem miraculosi martyrij, scilicet quod  
Catholici illi martyres, hæreticorum persecutione af-  
flicti, eratis et funditus abscisis linguis locuti fuerint,  
testis est Niceph. li. 17. ca. 1. Ecclesiastica historia  
vbi hanc legem Iustini citat, et singularia exempla  
huius miraculi enumerat latius ex Procopio.

De miraculo  
è linguis cu-  
iusdam Mo-  
nachi à Cal-  
uinianis male  
afflicti.

miraculo simile est quod superiori anno M. D. LXXII.  
Mense Septembri vidimus Salisburgi, quo tempore  
Monachus quidam, ordinis S. Benedicti, et huiusmodi  
ceptus in eiusdem ordinis Cœnobio, quod S. Petri  
appellatur, natione Gallus Cisalpinus, nomine Ni-  
laus, annis, ut aestimare potui, quinquaginta natus  
qui ex immani furore ac tyrannide hæreticorum Cal-  
uinistarum è Galliis profugiens, per loca Calabriae  
victus causa eleemosynam colligens, quorundam Ger-  
manie, haud infimorum Praesulum literis testimo-  
nibus munitus, in Italiam cõtendebat. Is lingua vna  
medium introrsum præcisam ab hæreticis, et præterea  
cicatrices vulnerum in corpore cõmonstrans, multam  
lingua, supra quam credibile est, truculentiam hæ-  
reticorum et iram Dei in eam gentem, non sine iustitia  
eorum, qui hunc conspexerunt, admiratione præstabi-  
bat. Huius linguam præcisam vidi ego vna cum alijs

tem Cenobij Prelato, viro pio, et alijs honestis viris, eodem misello ostendente, et prater humanam virtutem magnalia Dei eum disertè ac satis eleganti Latinitate loqui audivimus: erat enim vir memoria prestant, sacrarum literarum peritissimus, et ultra id quod miraculosè ac distinctè loqueretur, admodum natura sua inò Dei beneficio facundus.

# DE SANCTORVM RELIQVIIS.

HONORIVS ET THEODOS. A. A. IN  
l. 3. C. de sacros. Eccles. &c.

**N**emo martyres distrahat, nemo mercetur.

S. Martyrum reliquias vendere prohibitum.

In tanta veneratione antiquitus erant sanctorum reliquia, quod Imperatores Romani publica lege cauerunt, de eorum reliquijs non distrahendis. Porro Apostolorum reliquias in diebus festis, et encenijs, id est, ad beatificationibus templi, per Patriarcham aureo curru Constantinopoli circumuectas fuisse, testatur Nicephorus lib. 17. cap. 16.

LEO IMP. IN L. DECERNIMVS. C.  
de Episcop. & cleric. &c.

**N**eq; monachi, neq; quicumq; alij cuiuscunque status atq; fortunę, in edes publicas vel in quacunque loca populi voluptatibus fabricata, venerabilem crucem, & sanctorum martyrum reliquias illicite inferre conentur.

Sanctorum reliquias non in loca profana portari debere.

Imperatoris Theodosij Epistolam ad sanctissimum Iohannem Chrysostomum, iam tum vita defunctum, habet Nicephorus, cuius rei insolita causam et historiam hisce recenset verbis.

Nic. lib. 14. cap. 43.

Proclus plebe  
Constantino-  
politana pe-  
rente, corpus  
D. Chryosto-  
mi de consen-  
su Imperato-  
ris Cōstanti-  
nopolim per-  
ferri curat.

Chryostomi  
tumulus im-  
mobilis.

Mirabilis hi-  
storia de trā-  
latione corpo-  
ris sancti Ioā.  
Chryostomi.

Fecit præterea (de Proclo Patriarcha Co-  
stantinopolitano loquitur præclarum ali-  
quiddam, gloriaq; eius prorsus dignum, Cui  
enim sciret Ecclesiam dudum scissam esse pro-  
pter abrogatam Chryostomo dignitatem, &  
filium quasiuit quomodo Ecclesiam à dissidi-  
& seditione conseruaret, et hominum mentes  
consolaretur. Rem eam Dei ductu mirabilem  
est aggressus. Quinto Patriarchatus eius anno  
plebs, quæ piè propter Ioannem tumultu-  
fuerat, congregata, Proclo persuasit, vt legatio-  
ne apud Imperatorem fungeretur, vt scilicet  
ille vir ab iniusto exilio reuocaretur, populus  
que & Ecclesia orbitate liberaretur, permissum  
Id Proclus statim non grauarè fecit, & curato-

pus eius adducerent, missi sunt. Tumulus  
immobilis prorsus fuit: & cum multa manus  
ad eum mouèdum adhibita esset, nihil  
magis loco moueri potuit. Quod vbi Im-  
perator cognouit, statim causam eius reuoluit  
lexit. Itaq; literis rubrica scriptis, virum sanctum  
vt adduci se pateretur, obtestatus est. Litera  
sæ supra pectus eius posita, & peruigiliantibus  
sum, precesq; ad Deum fusa sunt. Ita cum  
se abducentibus facilem præbuit, & sanctus  
se pondus eius leuius redditum, vnà cum huius-  
modi simul ferre visus est. *Literas Theodosii  
eum scriptas, hic referre visum est.*

ORBIS TOTIVS DOCTORI, ET SPIRITUALI PATRI, IOANNI SANCTO, & AUREI ORIS PATRIARCHA  
Theodosius Imperator.

Corpus



Corpus tuum itidem vt aliorum, mortuum esse putantes, pater honorande, transferre id, & adducere ad nos, sicuti filij parentum amantes, desiderauimus. Cùm autem debitum prorsus honorem, & quantam opus fuit summisionem & modestiam eam in rem non cõ- tulerimus, Imperialis fortasse fastus leges in rebus, quibus nos magis quàm Imperio ipso honestos esse decuit, secuti: non immeritò voto nostro excidimus. At tu Pater patrum verè reuerendissime (nunc enim velut viuentem alloquimur) ad desiderium potius nostrum, quàm ad cõceptum tuum spectans, veniam da penitẽtibus, qui longè magis quàm alius quisquam penitentiam docuisti et nos vicisti, idoneumque castigationis, desiderio flagranti erroremque suum agnoscenti animæ, eò quòd huc usq; reditum tuum ad nos detrectasti, exemplum exhibuisti: redde teipsum nobis quæso, redde. Vt enim longiore mora & dilatione nos amplius etiam affligas, neque commiserationis visceribus tuis, neque amoris & expectationi nostræ dignum est: qui non solum corpus & cineres, sed solam etiam vmbra tuam cernere cupimus.

*Litteræ quidem tales fuere: sed ne Lectoris animum, qui fortè huius mirandi negocij exitum nosse desiderat, in suspenso teneamus, historiam ex eodem autore vsq; ad suam periodum prosequemur.*

Postquàm autem itinere confecto, in littus ex auerso Constantinopoli ad Chalcedonem

Honorifica  
illatio corpo-  
ris D. Chryso-  
stomi in vrbe  
Cõstantinop.

li 3 cum

cum reliquiis sancti viri peruenere, transire  
 Imperator, & senatus Imperatorius: transire  
 tiam Patriarcha & iudices, magistratusq; om-  
 nes, deinde generis & ætatis homines omnes  
 per fretum in mari perinde atq; in continen-  
 vadentes, & ad Propontidem os Bosphori  
 dentibus funalibus tegetes, sacrum tumulum  
 Imperatoria triremis excepit. Tùm sanè mi-  
 culum quoddam edidit Deus, prodigijs  
 vnquã visa sunt, longè maius. Cum enim  
 & constans esset in mari tranquillitas, repen-  
 na subitò exorta est procella, et naues immen-  
 rabilis illius classis aliæ aliò diuersæ salutis  
 consulentes dispersæ sunt. Ea autem, quæ  
 erum illud pondus & præclarum thesaurum  
 vehebat Imperatoris triremis, funibus des-  
 pentè ruptis, veluti diuina gubernata manu  
 viduæ agrum appulit: viduæ, in quã, illius  
 pter quam sponsa Christi Ecclesia pastorata  
 to viduata fuerat. Et rursus post mortem  
 iusto iudicio legitimam ille tolit sententiam  
 agrum viduæ autoritate sua attribuens, et  
 confirmans: Deo nimirum magnū illum pro-  
 rificante, & iniquum exilium eius aperte  
 prædicante. Et quoad eius fieri potuit, petra  
 naus discidit, quod miraculum hodiè quoq;  
 cernitur, & egregij illius ardorem eximium  
 quouis precone clarius attestatur. Hoc vbi  
 ctum est, serenitas rursus aduenit, & nauis  
 lix aliundè collecta, cum apparatu & comita-  
 tu maximo, carminibusq; debitis, virum san-

Miraculum.

atum producentes, in urbem imperantem de-  
portarunt. Eumq; primùm; circa Amantium  
magni Thomæ templum excepit: inde verò in  
sanctæ pacis delubrum delatus: postea porro  
imperiali curru tumulus vectus in sanctorum  
Apostolorum fanum illatus est. Ibi Imperator  
sacro tumulo chlamyde recto & fronte atq; o-  
culis vrnæ impositis, communem supplex pre-  
cationem pro parentibus fecit. Dudù enim illi  
mortui fuerant, in pupillari ætate eum tenerum  
adhuc relinquentes. Scorsim verò pro matre  
quoq; precatus est, vt tumuli eius motus atq;  
sreptus consisteret. Triginta enim & quinq;  
annos iam is quatiebatur, quo tempore scilicet  
& ipsa Ecclesiam concutiebat: nec ille id non  
exorauit, confestim namq; vrnæ eius constitit.  
Atq; vbi sacer Proclus virum sanctum in eundem  
secum thronum collocauit, plebs circumfusa ore  
vno exclamauit. Recipe, inquiens, thronum  
tuum, o pater. Fertur ipse quoq; tum, quæ da-  
dum clausa fuerant, labris rursus apertis ad  
populum dixisse: Pax vobis, sicuti id circum-  
stantes homines & Proclus Patriarcha, se au-  
diuisse testati sunt. Porro sacris mysteriis pera-  
ctis, ad reliquiarum eius repositionem itum est.  
Et episcoporum manibus magnus antistes ad-  
basim sacræ & diuinæ mensæ, veluti sacer et in-  
violabilis thesaurus, cõditus est, Episcopis epi-  
scopus, martyribus, quâuis sine sanguine, mar-  
tyr, prophetis Christi & Apostolis magna atq;  
aurea Ecclesiæ Christi tuba, omnes omnium au-

Theod. Imp.  
pro parentib.  
suis defunctis  
precatur ad  
D. Ioannis  
tumulum.

Cadaver  
Chrysofomi  
miraculosè lo-  
quitur.

Chrysof. cor-  
pus vbi fuerit  
reconditum.

res personans, & pia dogmata & præcepta  
re musicis planè modulis accinens. Factum  
vigesimo septimo mensis Ianuarij die.

## DE SANCTÆ CRUCIS VENERATIONE.

**I**N quo honore atq; obseruatione signum crucis  
Saluatoris nostri olim fuerit habitum, vel et  
unico titulo Codicis Iustinianei, si cetera omnia  
cerem, discere possumus: cuius tenor sic habet.

Vide memo-  
rabilem histo-  
riam ad hunc  
tit. spectatam  
apud Paulū  
Diaconum.

Nemini licere signum Saluatoris Christi  
humi vel in filice, vel in marmore aut in  
pere aut pingere.

Tanta pietas erat illorum optimorum Cæsarum  
Theodosij & Valentiniiani, ut pro piaculo habentem  
sanctæ crucis figurâ humi insculpi, vel fabricari  
tam inestimabilis rei signum pedibus hominum  
bulantium calcaretur: ideo hunc morem temporum  
suis sustulerunt, ne videretur talis imago  
tractari, licet Christianorum aliqui eiuscemodi  
numenta deuotionis ratione humi constituerent,  
ius rei vsus vel abusus succedenti æuo rursus  
luit, quem etiam nunc hodie durare videmus.

THEODOS. ET VALENT. IN L. VII. C.  
nemini licere sign. salu. Chr. hu. vel in fil. vel  
in marm. insculp.

**C**um sit nobis cura diligens per omnia  
perni numinis religionem tueri: signum  
Saluatoris CHRISTI nemini liceat, ut  
in solò, vel in filice, vel in marmoribus humi  
posis